

nimis clamoribus vocare dicens  
 Maxime curre nunc tibi aliquid  
 malum feci in tua fide me suscipe  
 Ipse et familia tibi accurrunt. Et  
 spiritus neque ipsi videre non poterant.  
 Dauore autem terre ymaginis  
 ipsorum huc illucq; ferebatur  
 in lectulo quocumq; se vertebat  
 ibi aderant. Cumq; constitutus  
 nimium relaxari se iam posse desperet.  
 cepitq; magnis vocibus clamare  
 inducias vel usq; manebat  
 repetens hoc ipsum. Sed cum hec  
 clamaret in ipsis vocibus de hita  
 culo carnis euulsus est. Et subdit  
 gregorius de quo nimium constat quod  
 pro nobis ista non pro se vidit. Nam  
 si non profuit petisse has inducias  
 nec vidisse dextros hos spiritus. Et  
 nobis profuit quos adhuc diuina  
 patientia longanimiter expectat.  
 Ecce rex iste non mansuetus sed  
 iratus huc venit in mortem corporis.  
 Ultimo dicit qualis venit. *Sicut*  
 sed mansuetus pius humilis. in forma  
 seruus. Cum enim secundum apostolum omnia  
 media debent proportionari fini  
 propter quem media eliguntur. Christus igitur  
 venit ad redimendum genus humanum  
 pro passionem suam decuit et  
 optuit eum mortalem humilem  
 et mansuetum venire ut finis iste  
 compleret propter quem venit. Quis  
 autem eum iudicare auderet si in maiestate  
 sua venisset. Hoc enim ultimo  
 suo aduentu refuauit cum  
 venturus est iudicare vivos et

mortuos. Dicit enim ipse Iohannis  
 in. Non enim misit deus filium suum  
 in mundum ut iudicet mundum  
 ut saluet mundus pro ipso. Prepara  
 anda ergo sunt omnium fidelium  
 corda. Ad primum suum recedendum  
 aduentum pro condignam gratiarum  
 actionem recognosco. Cuius  
 istud tempus aduentus ab ecclesia  
 facta est institutum in speciali deuotionem  
 diuinorum officiorum. Secundus  
 eius aduentus ad iudicium  
 requirit sollicitam preparationem  
 ut de peccatis sancti faciamus  
 et penitentiam agamus. Tertius  
 in mentem ut iocundum et hospitium  
 preparationem. ut ipse in nobis  
 habitare delectetur. Quartus etiam  
 aduentus in morte preparationem  
 est. ut felici fine vite nostre ad  
 deum secum eternaliter regnare  
 valeamus. ipso eodem praeante  
 christo ihesu per secula benedictio. amen  
*Sicut* **E** sunt signa in sole et luna  
 tunc videbunt filium  
 hominis venientem in  
 nube cum potestate magna et  
 maiestate. Luce. xxi. Sancta ecclesia  
 precedente dominica reco  
 luit aduentum christi in carne qui fuit  
 mansuetus. dulcis. et benignus.  
 mentibus fidelium inipsum secundum  
 christi aduentum qui omnium terribilium  
 terribilissimus est etiam angelis.  
 secundum quod dicitur in euangelio.  
 virtutes celorum mouebunt. Primus  
 desiderat a sanctis et pre